Gewissens-Fragen von PROCESSEN wieder die Hexen/

Insonderheit

denen Richtern hochnötig zuwissen/

Aus Vornehmer Theologorum und Jurisconsultorum Schrifften Mit Fleiß zusammen getragen/ und zum öffentlichen Druck befodert

durch

MICHAELEM FREUDIUM.

Dienern Göttliches Worts zu Cuppendin und Plawerhagen.

Exod. 22, 18. Levit. 20, 27. Deut. 18, 10. & seqq.

Die Zauberinnen solt du nicht leben lassen.

Deut 13, 13. 14. c. 17, 4. 5. c. 19, 18.

Wann eine übelthat dir wird angesagt / und hörest es / so soltu wol darnach fragen / und wann du findest / das gewiß waar ist / das solcher Grewel in Israel geschehen ist / so soltu denselben Mann oder dasselb Weib ausführen / die solches übel gethan haben / zu deinem Thor / ꝛc.

Güstrow / gedruckt durch Christian Scheippeln.
Anno, 1667.

24244.235*

HARVARD COLLEGE
JUN 13 1928
LIBRARY

Kittredge fund

JUDICIIS AMOR AUT ODIUM MELIORIBUS OBSTAT,
ET QVOD SCIRE GRAVE EST, CARPERE CUIQVE
LEVE EST.

SERENISSIMO CELSISSIMOQ; PRINCIPI
AC DOMINO, DOMINO

GUSTAVO ADOLPHO

DUCI MECKLENBURGICO, PRINCIPI VANDALORUM, SVERINI ET RACEBURGI, UT ET COMITI SVERINENSI, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DOMINO, DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

Intercessionem apud DEUM calidissimam,
Præstationem Servitiorum subjectissimam &
Apprecationem æternæ prosperitatis devotissimam

humillimè

offero.

SERENISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,

Licet crimen Magiæ Sceleratissimum sit ac nefandissimum, reperti tamen sunt, qvi reos ejusdem indemnes pronunciare, ac Sagas à pœna corporali prorsus eximere ausi fuerint, rectè nonnulli, apertius alii, & qvidem præ cæteris Wilhelmus Luranus M[illegible]anus, Alciatus, Ponzinibius, Wierus, *vid. Bodin. præfat. ... suæ Damonomaniæ, p. 13. & in consut opinionum,*

tionum VVieri, p. 692. Id verò non tantum periculoſum eſt, nam qvi id facit, eidem pœnæ cum illis ſe reddit obnoxium, *per L. 8. Qvicunq; C. de Maleſic. &c.* ſed & ita comparatum, ut eo vix aliùd magis videatur eſſe impium, D. *Carpzov. part. 1. Prax. crim. q. 48. n.* 12 Magiſtratui enim gladius à DEO adverſus hoc crimen, ſi ſit convictum & incorrigibile, cæteris probatum, expreſsâ lege eſt commiſſus. Palmarius præ aliis locus eſt Exod. 22. 18. *Maleficam ſeu præſtigiatricem* (viro tn. non excluſo *vid. infrà qvæſt. 46.*) *non vivificabis*, id eſt, non conſervabis in vita, qvam adimi ei fas eſt. Idq; cum hac ſevera clauſulâ: Deut. 13. 8. *oculus tuus ei ne parcat*, Levit. 20. 27. Et hoc propter 1. Serium Sagarum Diabolo ſerviendi propoſitum. 2. totalem earum à DEO defectionem. 3. fœdus cum Diabolo initum. 4. rei venereæ cum Diabolis incubis & ſuccubis exercitium. 5. ipſum maleficium, damna aliis illata, imo enixum nocendi conatum, qvem Juriſconſulti tàm ſtatuunt puniendum, qvàm ſi damnum dediſſet. 6. ſeductionis aliorum metum & complurium animarum damnum. Impium igitur eſt, nos illis eſſe remiſſos, qvos cœleſtis Pietas non patitur impunitos. Qvalis enim fatuitas eſt, creatorem Vitæ relinqvere, & ſeqvi potius mortis autorem? inqvit *Athalaricus apud Caſſiodorum lib. 9 Variar. Ep. 18. p. 600.* Hoc fine qvæſtiones ſeu caſus aliqvot de Proceſſibus contra Sagas colligere, inq; gratiam Judicum, ut ad publicam inqviſitionem, & tanti mali exſtirpationem, ſed tamen prudentem & circumſpectam, incendantur, in hunc faſciculum comportare, & prælo committere volui: uſus optimorum ac probatiſſimorum Theologorum & Juriſconſultorum Sententiis ac deciſionibus, qvi piè & caſtigatè, ſcitè ac prudenter in arduo hoc argumento Symbolas ſuas contulerunt, honeſtiſſimà ubiq; additâ cujusq; nominis mentione. Ideò adieci etiam piorum & minimè vanorum ſcriptorum exemplo, indicem Auctorum, non (ut Scopticus aliqvis interpretari poſſet) oſtentationis cauſa, ſed ut profitear ingenuè & gratò animo, per qvos vel profeciſſem, vel qvos haberem qvoad hunc vel illum caſum mihi ὁμοψήφους ac ſuffragatores, tùm ut pateat, ſi qvis ex non lectis in qvibusdam rem rectius acu tetigerit, non ex faſtidio vel invidiâ deciſionem ejus eſſe præteritam, ſed auctorem mihi non viſum eſſe. Cùm etiam in Allegatis Auctores brevitatis ſtudio ſemper ferè truncatis nominibus adducantur, utile fuit, præſertim illis, qvibus non omnes noti ſunt,

eorum

eorum nomina integra ita tradi, ut facilè se inqvirenti obviam dent, qvod per talem indicem fit commodissime. Præcipuè verò (ut alios usus talium catalogorum taceam) necessarium penè censui, ne qvis laudata testimonia in ipsis auctoribus inqvisita non inveniens loco allegato, criminis falsi immeritum accuset, editionem, qvam ad manus habui, indicare, nam in diversis diversimodè loca allegantur.

Jam verò si Menippi, Momi aut Euclionis de fæce vulgi judicio stare voluissem nullius Nomini has chartas meas inscribere debuissem: non enim nescius sum, qvàm odiosè & scabiosè hoc exagitent, vel alto supercilio & adunco naso rideant. Sed cùm per multa secula à viris piis, doctis, à vanitate & sordibus alienissimis, hic mos dedicandi magnis nominibus scripta sit usurpatus, gravibus argumentis confirmatus, à Magnis Musarum patronis probatus, non debet hoc qvalecunq; literarum & literatorum subsidium, gratiæq; qværendæ medium illis eripi aut invideri; nec mihi visum fuit, in Zoilorum gratiam, non sine singularitatis & fastus suspicione, à tritâ orbitâ discedere.

Hocitaq; constituto, hanc meam qvalemcunq; opellam (civilis Forl, præsertim judicibus) uti spero, non infrugiferam, Vestræ, Sereniſſime Princeps, Celsitudini humilimâ subjectione inscribere debui ob causas numero plurimas, pondere gravissimas. Natus sum ante annos 46. Plaviæ Megapolitanorum, qvod Oppidum Sereniſſ. Celsit. V. Imperio & protectione gaudet: Institutus sum in illustri Sereniſſ. Celſ. V. Academia Rostochiensi, qvam ut studiorum matrem, merito veneror. Annus jam agitur vigesimus & tertius, ex qvo Ecclesiis Cuppendinensi etiam tùm sub Patronatu V. Sereniſſ. Celsit. & Plawerhagensi, pro virili primùm inservire cœpi, inserviturus iisdem qvamdiu placuerit ei, qvi operarios in vineam suam vocat, revocat, evocat. Variis toto illo tempore conflictatus sum calamitatibus, concatenatisq; ærumnis ac persecutionibus durissimis, sed in præsentia & auxilio DEI, à qvo præter meam expectationem ad harum Ecclesiarum ministerium me vocatum esse noveram, omne perfugium semper habui constitutum. Nec defuit Sereniſſ. Celſ. V. propensa voluntas & Principalis gratia, qvam labe factare non nullorum odia potuissent, nisi in Sereniſſ. Celſ. V. animo eximia

illa erga me benevolentia altas egisset radices. Nimirum insitum atq; implantatum est generoso Sereniss. Celi. V. pectori pium verbi divini studium, singularis erga Ministros Ecclesiæ favor, Principe dignus candor pietatis ac justitiæ amor, heroicus virtutum splendor, inde qvem semel gratiâ complecti cœpit, eum animo excidere non facilè permittit. Ad hæc lucubratiunculæ istæ, Sereniſſime Princeps, in hac ipsa patriâ, sub Vestræ protectionis umbraculo conceptæ, natæ, collectæ, congestæ limatæ, in apricum proreptant! Cui ergò inscribere eas meliori jure debui? Cui me meaq; magis devovere? Cui consecrare? qvàm Patriæ Patri, qvàm DOMINO beneficentiſſimo, qvàm Principi Optimo.

Suscipiat ergò, Sereniſſima Celsitudo Vestra, serenâ fronte, Clementiſſimis oculis & manu benignâ chartaceum hoc, qvod fero, munusculum, (SYLLOGES meæ Prodromum,) Subjectiſſimæ observantiæ & devotionis obsidem: nec ex tenuitate suâ, sed pro Clementiæ Vestræ humanitate id aspiciat, habeat, æstimet, ac patiatur, ut ex splendore Nominis, qvod propter spectatum in cœlesti veritate Zelum sinceram justitiæ administrationem, aliasve heroicas virtutes Principe dignas Sereniss. V. Celsit. apud omnes jampridem consecuta est, etiam huic opusculo lux aliqva concilietur, & plures ad illud evolvendum invitentur: Ad Exemplum summi illius cœlorum Principis, qvi in sublimi residet, humilia tamen respicit.

Is DEUS, noster, *qvi valdè exaltatur apud clypeos terræ*, Ps. 47. 10. concedat Sereniss. V. Celsit. optata Tertulliani, *in Apolog. c. 30.* vitam scilicet prolixam ac diuturnam, principatum felicem, administrationem inculpatam, domum semper tutam, præsidium forte, Senatum fidelem, populum probum, Ecclesiam & orbem qvietum, & qvæcunq; hominis & Principis vota sunt! Ita voveo animitus, ita eveniat cœlitus! Scribebam Cappendini, ipsa die Dominica LÆTARE, Anni Christi 1667.

SERENISSIMÆ CELSITUDINI VESTRÆ.

Ab humillimis precum & obseqviorum servitiis

MICHAEL FREUDIUS,
Reve-

REVERENDO VIRO.

DN. MICHAELI FREUDIO

PUBLICANTI
ARMAMENTARIUM
CONTRA
VENEFICAS.

QVid furiæ, Maga, Saga, feroxq; Venefica possit,
Qvàm pestes Erebi multa nocere juvet,
Debeat invisæ qvid lex, Judexve cohorti,
Qvam Satan, qvam nox imperiosa tenet.
Conciliúm deforme notas, artesq; nocendi
Ne semper proles atra nocere qveat.
Et sic vel stygiis in vadis nubibus astra,
Dum laxas rerum, qvam meruere, fidem.
Pagina collectis tua constat plurima monstris.
Tertius, haut dubites, mox Isidorus eris.

Rostochij die Cinerum S. primo veteris qvadragesimæ a. cIↃ IↃC LXVII.

AUGUSTUS VARENIUS.

QVid Satanæ insidiis maledicta Venefica tentet,
Hic liber, ast, eadem qvid mereatur, habet.
Judicia ut caute sed agantur, neve premantur
Innocui studii dexteritate monet.
Neu sacer Antistes præceps sit forte Themistos,
Sangvine non sonti polluat atq; manus
O Gladium Ultricem DEUS ipse, immania, stringat
Crimina tollantur participesq; simul.
Asserat insontes, pessumdet ubiq; nocentes,
Ejus justitia gloria ut usq; cluat.

Hoſce tuo libro voluiſti me dare verſus,
Calculo & adſcribi Nomina noſtra tuo.
Macte tuo hoc gnavo, FREUDI, conamine, plura
Talia conſtanti ſedulitate dabis.
Sic Tibi contingant felicia tempora Meſſis,
Ex Fidei vitâ pro bonitate DEI.

His voluntati Dn. Autoris velificari amicè voluit.

DANIEL JANUS Superintendens.

ARtes Sagarum, technasqʒ, dolosq́; recludis
Mi FREUDI, & retegit Qvæſtio docta ſtrophas.
Judicium informas, incautum robore firmas,
Imprudens judex te præeunte ſapit.
Perplexos lamiæ caſus nodosq; reſolvis,
Proceſſum ſolvi dexteritate jubes.
Puniat hinc ſontes juſtiſſima judicis ira,
Inſontes ſervet jus ubicunq; reos.
Non labor eſt vanus, mi FREUDI GAUDIA mille
Muſarum odeo conciliare poteſt.
Dum ſtertunt alii, & fruſtra ſua tempora ponunt,
Luminibus ſomuum demere ritè paras.
GAUDE, mi FREUDI in terris; cœleſtia tandem
GAUDIA Pro meritis intemerata cape.

Hiſce pl. Rev. ac Clariſſimi DN. FREUDII, amici honoratiſſ. tractatum Qvæſtionarium de Sagis, earumq; proceſſu l. m. q. proſeqvi voluit.

CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS,
Crempâ Holſat. Phil. J. U. D. Decretal.
P. P. Ducal. Conſiſt. Aſſ. & Comes
Palat. Cæſareus.

AD

AD VIRUM.

Reverendâ dignitate, ortbodoxâpietate, atq; eruditione conſpicuum

DN. MICHAELEM FREUDIUM,

Paſtorem Cuppendin &c.

Qvæſtiones de SAGIS publici Juris facientem.

I.

QVanta ſit in Strigibus vis, & Cacodæmonis auſus,
Nos dolor heu! praxis cottidiana docet.
Ergo opus eſt Verbo Satanæ peſſundare Vires,
Inſultusq; truces enſe ferire DEI.
FREUDIUS id præſtat, cujus ζητήματα poſſunt
LECTOREM ſolidis erudiiſſe modis.

II.

Extirpare Magos, & SAGAS res operoſa,
Sed res grata DEO, qvam ſacra JURA probant.
TORTURA eſt fallax, aſt *inqviſitio* prudens
DÆMONIS inſidias detegit, atq; dolos.
Qvisqvis adhuc dubitas, PROBLEMATA perlege FREUDI,
TRACTATUM hunc ſolers perlege, { doctus eris, cautus ages.

Ovid I. *Triſt.* Judicis officium eſt, ut RES, ita tempora rerum
Qværere, qvæſito tempore tutus erit.

STEPHANUS HANE, Eccleſ. Guſtr.

NOn ſolum Hæretici CHRISTO fera bella minantur,
Sunt longe plures, qvi à CHRISTI nomine nomen
Traxerunt, loti Sacrâ Baptismatis undâ,
Turpiter aufugiunt, DOMINI caſtrisq; relictis
Dæmonis nubunt SAGARUM peſtilis ordo,
FREUDIUS his ſeſe opponit, calamoq; fideli
Detegit horrendas fraudes, & dæmonis actus,
CHRISTE DEUS clemens, incantamenta faceſſant,
Fac precor, & Satanæ regnum extirpetur in orbe!

L. *apponeb.*

M. ZACHARIAS Schröder, R. Miniſt. Guſtr. L.

Thessala progenies, stygij fœtura Draconis,
Contemtrix superûm, pestisq; inimica piorum
Proh dolor & Christi furtim dominatur in arvo.
Hanc jubet exscindi penitus sacra pagina, clamat.
Injuste fieri, Sathanâ Doctore, WIERUS
Cum sociis. alij, hæc infanda βδελύγματα nosse
Difficile est, lolium à tritico discernere in agro
Qvis potis est, hujus sine damno? ferre Choastas
Æqvius est, ajunt, & summi judicis iræ
Linqvere, qvi stygiis flammis ad Tartara mittet.
Sic alij: at melior tibi stat sententia, Amice,
Qvippe Dei verbo qvæ consona, qvæq; probatur,
Ut melior, cunctis, qvos Recti servat & Æqvi
Sanctus amor. Testis liber est, qvi juris acervos
Congerit è variis authoribus, inq; volumen
Digestos parvum, cupido communicat ævo,
Vade liber, multosqve erudi, qvos hactenus error
Devius implicuit, docti ut meliora seqvantur,
Autoriq; pias solvant pro munere grates.

Imq. amicitiæ E. add.

JOH. FRANCISCUS Clausing/ Eccles. ad Paroch. ib.

DUm criminosos, atq; sancti fœderis
Male memores, qveis mentis explet per nefas
Libidinem Rex Tartari, dirum nefas!
Prudenter è cryptis vocarier docts,
Deo dicate Vir, ut in caput scelus
Vergat scelestum, & artibus pereat suis,
Sed Spiritus reddatur Optimo Patri,
Qvi, qvod negare moribus nostris potest,
Suæ negare non potest clementiæ,
Acclamo Jō! feliciter cedat Tibi,
Qvod promis exærario sapientum.

Pl. Reverendo Ἀναλέκτῳ expio affectu p.

M. NICOLAUS Heidemann/ Eccles. Cathedr. Gustrov.

Jm

Im Nahmen JESU CHRISTI

Gewissens-Fragen Von PROCESSEN wieder die Hexen.

QVAESTIO I.

Ob es für eine Verrätherey zu halten/ wann man die Zauberer und Zauberinnen bey der Obrigkeit angiebet und beschuldiget?

Resp. So meinen zwar die Welt-Kinder/ die verargen es denen/ und reden jhnen das übelste nach/ die ein oder das andere befundene Zauberstück von jhrem Nachbar oder Nachbarin der Obrigkeit entdecken und offenbahren/ dadurch man hernach zur Inqvisition kommen und gelangen kan. Aber hie ist zu wissen/ das solche Berüchtiger und Anzeiger weder ihres Glimpffs und guten Nahmens/ noch ihres Gewissens halben sich zu befürchten und besorgen haben/ als thäten sie unrecht oder hätten unrecht gethan. Denn es hats GOtt ernstlich befohlen/ Deut. 13. 9. Wann jemand von den wahren GOtt abfalle/ und sich an andere Göter ergebe/ auch andere dazu anreitze/ wie solches von den Zauberern und Hexen geschiehet/ so soll der erste/ der solches höret/ nicht nur offenbaren/ sondern auch/ wann er getödtet wird/ am ersten die Hand an jhn legen/ etc. So hat auch der Gottsehlige Käyser Constantinus solche Referenten und Zeugen entschuldiget/ in dem er gesagt: *Const. l. 3. de Malef.* Accusatorem hujusmodi criminis non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur: das ist/ derjenige/ der die Zauberinn der Obrigkeit anzeigt/ ist keines Weges für einen Verräther zu halten/ sondern man sol ihm vielmehr eine Herrliche Belohnung geben. Denn wie ermeldter Käyser darzu setzet/ *L. 5. de eod.* sunt peregrini Naturæ, & inimici generis humani, das ist die Zauberer und Hexen sind solche Leute/ welche der Natur zuwieder/ und des gantzen Menlichen Geschlechts Feinde sind. Darumb sol man auch

ihrer wieder nicht schonen / sondern ein jeder sol helffen / das dergleichen teuffels Gesind ausgerottet werde. Es ist auch ein jeder verpflichtet / so er weiß / das etwas dem gemeinen Nutzen zu wieder practiciret wird / solches der Obrigkeit zu offenbahren / und also dem Schaden / so viel an ihm ist / fürzukommen. Wann nur ein thörichter Hund an einem Ort umbläuffe / und Menschen und Vieh beschädiget / so gebühret einen jeden solches anzumelden / ja zuzulauffen / und das schädliche Thier helffen todt zuschlagen. Weil nun die Hexen und Zauberer nichts anders thun / **denn das sie dem gemeinen Nutzen merckliehen Schaden zufügen** / und viel verletzen / so soll ihm niemand ein Gewissen drüber machen / solche Leute vor Gericht offentlich anzugeben und zu verklagen. Ein jeder soll nach erforderung seines Berufs darzu helffen / damit sie vertilget und außgerottet werden / sie sein auch wer sie wollen. **Kein Mann soll für sein Weib / kein Kind für seinen Vater und Mutter / noch ein Freund für den andern bitten** / sondern seinen lieben GOtt und Heyland JEsum Christum / dessen geschworne Feinde Zauberer und Hexen sind / mehr als die Menschen lieben / und helffen / das alle / die GOtt abgesaget haben / gestraffet werden: Dann **wann sie gleich erbeten werden / werden sie doch darauff nicht leicht besser** / sondern ärger / wie es die Erfahrung bezeuget hat; werden sie aber abgestrafft / so werden ihrer viel bekehret und zum ewigen Leben erhalten. *D. Mentzing. Informat. Conscient. p. 671. Dn. Arndius de superstit. c. 4. §. 23. p. 112. §. 30. p. 118. 119. c. 5. §. 23. p. 137. & manual leg. dom. 1. Class. 2. §. 19. & seqq. 2 part. 3. tit. 64. M. Waldschmidt python. Endor. p. 354.*

QVAEST. II.

Ob auch eine Oberkeit / wann niemand wil freywillig kommen / und das berüchtete Laster angeben / ex officio und Ampts halben / ehrliche tugliche Leute darzu zwingen / und mit dem Eide belegen könne / das sie in demselben die Warheit sagen müssen.

Resp. Ob wol etliche Rechts verstendige der Meinung sein / **das in Bürgerlichen Sachen** / in welchen es schändlich ist / die Warheit verbergen / können darzu von der Oberkeit ihre unterthanen leichtlich gezwungen werden / *Cod. cit. in tract. de magis, l. 3. p. 65. §. 17.* **Aber in peinlichen Sachen** / in welcher Art eines andern Schande zuverbergen / nicht zu straffen ist / solches nicht geschehen solle. Denn

es were

es were niemand schuldig aus den Gesetzen / eines jeden Laster zuentdecken; jedennoch so können heutiges Tages die Vnterthanen ohn unterscheid gezwungen werden / wann man anders nicht zur Warheit kommen kan / sonderlich in der unmenschlichen übelthat der Zauberey.

Die weise aber Zeugen zu zwingen ist diese / nicht / das sie gefänglich eingezogen werden / sondern das sie durch das geleistete Eid versicherung thun / sie wollen der Warheit Zeugnis geben; über dieses können sie gezwungen werden / nicht allein durch eine auffgesetzte Geld-Straffe und durch die genommene Vnterpfand / sondern auch durch den Bann.

Vnd hie entschuldiget den begehrten Zeugen nicht sein Stand / er mag gleich eine Privat und gemeine Person / oder in öffentlichen Ambt der Obrigkeit sitzen? noch sein Schwur / das ers nicht wolle offenbahren / was er gesehen und gehöret / sondern kan gezwungen werden das Zeugnis zu geben / theils wegen gemeinen Nutzens / das durch die verschwiegene Warheit einer sein Recht nicht möge verlieren; theils / das eine Ehrliche Person nicht unehrlich geachtet würde; Theils / weil es eine Todtsünde ist / die Warheit verhelen; Theils / weil Zeugnis geben ein öffentlich Werck ist / zu welchem auch der unwillige gezwungen wird. *Ayrer in hist. proc. Juris p. 45. D. Mengering Inform. Conscient. p. 672.*

QVAEST. III.

Ob eine Obrigkeit befuget sey / Amptshalben auff die Zauberer und Hexen inqvisition anzustellen?

Resp Ja in allewege / das ist einer Christlichen Obrigkeit Ampt / wann sie mercken / das in ihren Gerichten sich solche verdächtige Personen möchten auffhalten / so wil ihnen gebühren / nach derselben verhalten eigentliche nachforschung anzustellen / und dazu die ihnen in Rechten geweisete zulässige Mittel ohne Verzug gebrauchen. Zu welcher Nachforschung der Oberkeit ursach geben kan (1.) personæ diffamatio, die Berüchtigung der Persohn / denn dieselbe kommet an stat der anklage / und lässet sich ansehen / als wann entweder das gemeine Volck ingesampt / oder aus denselben einer oder der ander absonderlich eine Person eines Lasters schuldig / beym Richter angebe. Doch muß man in dem behutsam und fürsichtig sein / weil es heist: Fama non minus res fictas & plane falsas, qvam veræ contingentes hominibus inculcat. (vid. infr. qvæst. 23.) (2) San-

gvinis cognatio, das Geschlecht und herkommen. (infr. q. 25.) (3) Suspiciosa consociatio, verdechtige Geselschafft / (q. 26.) (4.) Criminis socii testificatio, das Zeugnis des Gesellens im Laster / (q. 15.) (5.) Vultus mutatio, die „ veränderung am Gesichte / (Nota: sæpe putat Urinator conscientiarum, se ex asse invenisse, qvod „ latet, sed fallitur; ac ideo non judicandum Κατ' ὄψιν. Joh. 7. 24. „ Stat illud Apostoli, 1. Cor. 2. 11. „ Nemo novit (liqvido sc. ac infallibiliter) qvæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qvi in eo est. Stat illud Domini, 1. Sam. 16. 6. 7. Homo „ videt, qvæ apparent, Dominus intuetur Cor. Omnia Τετραχηλισμένα coram oculo divino ὡς ἐν ἀνατομία. Hebr. 4, 13. Maneat cardiognosia axioma divinum, & oculus „ criticus non involet in crisin divinam. Sæpe serpentinum qvid fovet „ columbinus oculus: sæpe fallit paralogismus de σκυθρώπω. Nec „ semper pietas est, qvæ se exerit „ verbis, gestibus, gemitibus, lacrymis, περιεαυτολογια. DEUS hic „ solus Καρδιογνώστης; Valent illa „ indicia ad ἔνδειξιν, non semper ad „ ἀπόδειξιν. D. Dannhaw. Theol Consc. T. 1. p. 229.) (6.) odii inveteratio, bekandte Feindschafft. (7.) de patria migratio, wegziehung vom Vaterland / (q. 37.) Diese und dergleichen Anzeigungen geben Christlicher Obrigkeit ursach / nicht allein nach dem facto und That zu fragen / sondern auch zu fürforderung der Person / und befragung wegen des ruchtbahren Lasters / ob sie dasselbe gestehet / und gethan habe / oder nicht. M. Rüdinger Decad. 1. de magia illicita p. 261. & seqq. D. Mengering inform. Conscient. p. 673. & scrutin. Conscient. c. 6 cas. 53. p. 357. Dn. Hartzius de Venefic. inqvisit. conclu 4. p. 94. & seqq.

QVAEST. IIII.

Ob die Hexerey unter die Crimina excepta gehöre.

Resp. Freylich ja! Denn man muß mercken / das die Rechts-verständigen alle Malefiz Händel / in zwo Partheyen unterscheiden. Etliche heissen sie gemeine / als Diebstall / Todtschlag / ꝛc. andere halten sie für gräßlichere und schendlichere / als die mehr wieder die Gemeine Wolfarth streiten / und solche gar zu entsetzlich antasten: als da ist Crimen læsæ Majestatis. tot. tit. ff & C. ad L. Jul. Majest. der Ketzerey / C. in fidei favorem de hæret, in 6. & l. 6. C. de

hæret

hæret man. der Hexerey l. 3. 4. & tot. tit. c. de malef. & Mathem. der Verrätherey / & conspirationis contra cæsaream Majestatem & imperium Romanum, text. in l. qvisqvis §. in princ. c. ad L. Jul. Majest. der falsch-Munterey / tot. tit. C. de fals. mon. des Strassen- und See-Raubs / &c. Solche heissen Crimina Excepta, aus der Vrsachen / qvia ob atrocitatem ordinariæ dispositioni & Regulis juris non subiacent, weiln sie nicht nach gemeiner ordnung der geschriebenen Rechten geurtheilet werden / &c. vid. Tractatus, cui titulus: cautio criminalis, seu de processibus contra sagas liber, è latina in lingvam germanicam versus per Hermann. Schmidt / *qvæst. 4. p. 4. 5.* Joh. Seifferti. Gewissens-Buch von Processen gegen die Hexen / 4. Streit-Rede / *p. 7.* Wald-Smidt Python. Endor. *p. 330.*

QVAEST V.

An processus ordinarius, an verò extra ordinarius sive summarius in crimine Magiæ sit instituendus?

Resp. Qvamvis me non lateat, qvosdam Dd. reperiri, qvi in hoc veneficii crimine, *spreto ordine judiciario*, rectissimè ac justissime procedendum esse autument; Ex qvo statuunt, propter enormitatem delicti licitum esse jura transgredi, *prout censet doctissimus Hipp. de Mars in pract. sua criminal. §. diligenter. n. 50.* ubi allegat. Innocent. Bald. & alios, & subdit, *num. 165.* propter enormitatem delicti posse procedi contra reum de facto, ordine juris non servato, qvod & affirmat *Par de Put. in tract. de syndicat. in verbo inqvisit iv. dcit n. 12. p. 493, & in verbo condemnatio v. An potestas qvi misit n. 12. p. 285* In exceptis n. criminibus probabilia saltem argumenta sufficere. *annuit text. in c. 1. de homic. in 6. & ibi Can. Bart. in l. non solum §. si mandato n. 14. ff. de iniur. c. afferte. & ibi Felin. n. 9. ext. de præsumt. argumento l. non omnis §. à barbaris ff de re milit. l. famosi ad L. Jul. Majest. c. seculares de for. compet. in 6.* Qvod in terminis nostris eo magis dicendum videretur, cum sit ex numero delictorum, qvæ clàm committuntur. *l. consensu. c. de repud. c. veniens. ext. de testib. c. tertio loco ext. de prob. Paul. Castrens. cons: 349 n. 3. part. 1. Franc. Aret. Consil. 61. n. 3. Phil. Dec. cons. 42. n. 3. Aimon. Crav. cons: 56. num. 12.*

Contrarium à. adserentibus subsequentia placent fundamenta: qvod in criminibus inqvirendis, inveniendis, puniendisq; procedi oporteat secundum

dum leges divinas & humanas. ſecundum jus vetus, conſtitutionum & juris publici formam. *l. abſentem. l. ſi qvis homicidii c. de accuſat.* P. H. O. *Caroli V- art. 83.* ſecundum receptum judiciorum morem, ac ordinem legibus inſtitutum, ſine odio vel odii fomite. *c. judicare. 11. q. 3. c. qvaliter 24. ext. de accuſat. c. 1. ext. de ſenteut. in 6.* ſine ſordibus & gratia, imò ſine emendicatis ſuffragiis. *l. filius familias §. 1. ff. de judic. l. in haredem. in princ. ff. de calumniat- l. Singuli. c. de accuſat.* Deniqve ſine imperitia, injuria & præcipitantia. *l. qvi cum major §. ſi tamen ff. de bon. libertor l. 1. in princip. ff. de appellat- l. eo tempore ff. de pecul. l. 1. c. de execut. rei judicat- Eſai 28. 7. 8.* Non ex voluntate, mente & cervice noſtra. §. *ſed & ſi qvid. Jub rubric. de confirmat. fforum. c. parans & ibi gloſſ. in v. ſecundum legem. 23. q. 1. Catheram. deciſ. 79. n. 57.* Neqve ex affectione cordis & ſeveritate noſtra, ſed ex præcepto divino, legitima ſive legum autoritate. *c. ſummopere 1. qvæſt. 3. de §. ſed & ſi qvid.* Animo ac mente per rationem & intellectum gubernata, imo proceſſu legitimo ritè obſervato. *Matth. 18. 15. & ſeqq. Bald. Conſ. 421. n. 10. vol. 5.* Qvod n. juſtum eſt, vel juſtum eſſe putamus, id juſtè qvoqve nobis perſeqvendum erit, *prout. habet text. Deut. 16. 20.* Ne, dum & alienum peccatum coërcendum nimis properè deproperamus, ipſi graviora peccata admittamus, & poſtea illud Poëtæ verum eſſe experiamur, ajentis.

Judicii vindex tandem DEUS extat iniqvi.

Ignorantia enim judicis, innocentium ſæpè eſt interitus & calamitas. *Godelman. de mag. & venefic. lib. 3. cap. 1. num 2.* Animam hominis nati facilè poſſumus perdere, recipere a. eam, dum perdidimus, non valemus, *Novell. 13. c. 2.* Ergo judici, qvi pro tribunali ſedet, ſummè cogitandum, ne arbitrium ſuum latius, qvàm oportet, vagari ſinat, qvantum n. ſententiâ ſuâ iniqvâ nocere poterit, ſatis in aprico eſt; Innocentem n. ſangvinem effundere, aut impium juſtificare, utrumq; apud Deum abominabile eſt, *prov. 17, 15. Albert. Gand. tract. maleſ: tit. de receptatorib. n. 11.* Beneficium reſtitutionis in integrum hic locum non haberet, neq; factum poſtea infectum reddi poſſet. *l. in bello. 12. §. 2. ff. de capt. & Poſtlim. reverſ.* imo imperitia culpæ ad numeraretur. *l. imperitia 132. ff. de reg. jur. l. 28. §. 29. ff. ad L. Aqvil. l. 9, §. 5. l. 13. §. 5. ff. locat.* Et ſi n. Judex in criminibus exceptis liberum procedendi habeat arbitrium, prout teſtatur *Hipp. in pract. crim. §. conſtante n. 24. per text. in c. 1. de offic. judic. ord.* Sciat tn. liberam illam poteſtatem ſibi non

non videri datam ad aliqvid contra jura faciendum, cum videatur magis restricta ad limitet juris, prout innuunt verba *d. c.* 1. Non n. ad præjudicandum, sed ad ea, qvæ legibus sunt placita. concessum est arbitrium, ad qvod faciunt dicta *per Bald. in l. Si quando in princ. c. de in offic. testatum.* Ubi text. dicit, qvod concessio testandi liberè facta à principe intelligatur legitimè & juris solennitate servatâ, &c. *Dn. Hartz de Vnefic. inqvisit. conclus. 3. num. 7. & seqq. p. 82. seqq. Seiffert. l. de qvæst. 5. p. 8.*

QVAEST VI.

Ob eine Obrigkeit oder der Richter schuldig sey / den Gefangenen copiam indiciorum zu geben / die wieder sie sind einkommen.

Resp. Indicia, ad inqvirendum vel acculandum sufficientia, *temporibus congruis*, hoc est, ante inqvisitionem, incarcerationem & torturam, Reis incusatis vel inqvisitis communicanda esse, omnes saniores practici statuunt. Frustra n. copia indiciorum, ad inqvisitionem, incarcerationem, vel torturam evitandam & repellendam, daretur ei, de qvo jam ante inqvisitio formata, qviq; in carcerem detrusus & atrociter tortus esset. *per l. fin. c. in qvib. caus. restit. in integr. necess. non est D. Ernest. Cothmann. vol. 3. con. 29. num. 176. & 177.* Ne igitur denegetur reo defensio: copiam indiciorum ei communicandam, idq; justo tempore, omnino arbitror: qvia defensionem denegare, omni æqvitati, juri naturali ac divino repugnat. *Rolandin. consil. 12. num. 45. vol. 3.* Ideoqve nemini deneganda, &c. **Doch sol man der Zeugen Nahmen nicht eröffnen / es wehre denn keine Gefahr dabey.** *Dn. Hartz. de. l. conclus. 5. num. 1. & seqq. p. 157. seqq. Seiffer l. l. de qvæst. 18. num. 8. p. 57.*

QVAEST. VII.

An copia indiciornm, qvorum fides judici facienda, aut jam facta est, Reo etiam non petenti danda sit:

Resp. Qvamvis judex non teneatur ad privatam utilitatem officium suum impertiri, nisi imploratum sit, uti habetur *in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. Johann Schneidevvin. ad §. omnium- num. 117. & 128. Instit. de action. circ. fin. p. 1142. Andr. Gail. lib. 1. observat. 50. num. 7. exindeqve Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. qvæst. 49. num. 4. ajat:* Communem mentem Dd. esse, dandam non esse. Cum super non petitis

petitis judex ſedere non dicatur, ut notat *Bald. in. c. 1. in princip. ut lit. non contest. ubi allegat. tex. qvem dicit ſing. in l. ſi ex teſtamento ff. de except. rei judicat.* Attamen contraria opinio, uti melioribus rationibus ac fundamentis ſtabilita, tutò judicando obſervari, & ad abjecta taliter reſponderi poteſt; Is qvi certus, ulterius non eſt certiorandus. *c. Is qvi certus. de reg. jur. in 6. l. 1. in fin. ff. de act. empt. l. 2. ff. de edend. l. legibus c. de Epiſcop. audient.* Atqvi judex qvi non præſumitur legum & conſtitutionum ignarus, cum hoc turpitudini & dedecori ejus adſcriberetur, *jnxta l. 2. §. ſervus ff. de orig. jur.* Ex lege certus eſt, indicia ad rei defenſionem eſſe communicanda: Ergo ulterius pro certi oratione implorandus non eſt. Nam datio copiæ indiciorum, eſt defenſio: Eo, qvia habita tali copia Reus contra perſonas & dicta teſtium opponere, ſeqve tueri poteſt, *uti ex art. 47. Conſtit. Carol. V. patet, vers.* **wo aber der verklagte.** At judex ex officio, etiam nemine potente, defenſiones Rei qværere tenetur. *l. ſi non defendantur ff. de pœn. & volunt Dd. in l. 1. §. fin. ff. de qvæſt. Angel. in conſil 38. incip. factum tale eſt. in ult. col. ante fin.* Imo judex debet qværere innocentiam partis, etiamſi ſe non defendat, *ait. Bald. in conſil. 107. per d. l ſi non defendantur.* Ut hoc non ſolum ante, ſed etiam poſt ſententiam. Ergo multo magis indiciorum communicare debet copiam: Et ſi reum non reperiat culpabilem debet facere qvod poteſt, ut abſolvatur. *Prout. tenet Dom. de ſanct. Gemin. conſil. 26. incip. caſus in 2. col.* Probaturq; hæc opinio *ex text. d. l. ſi non defendantur, per verb. debet.* Verbum n. DEBET eſt neceſſitatis, & importat neceſſitatem, *ſecundum gloß. in clem. attendentes in verb. debet de ſtat. monial. qvam approbat Felin. in c. Exceptionem in 3. col. de except. & probatur in l. 1. ff. qvod qvisqve jur. & in l. prætor. in princip. ff. de edend. Johann. Zanger. d. loc. num. 3.* Nam qvando committitur aliqvid judici expediendum ex officio, ſemper intelligitur eſſe neceſſitatis, niſi expreſſe diceretur, qvid eſſet in ejus arbitrio facere vel non facere, prout dicit *Card. in d. c. exceptionem, qvem refert & jeqvitur Felin.* Ex qvibus ſatis conſtat: Qvod, licet Reus non petat talem copiam indiciorum, nihil omninus judex juſtus & religioſè ſapiens, ſecundum æqvitatem juris, tamen Reo communicare debet; aliàs legem naturæ, qvæ immitiſſimo & inhumaniſſimo cuiq; dictitat, alteri eſſe faciendum, qvod ſibi qvis fieri velit, nefariè violaret, humana jura inhumaniter negligeret, juſtitiæ leges injuſtè contemneret, conſcientiâ læderet ac vulneraret, moderatæ rationis temperamẽtum

exce-

excederet, *l. de minore §. tormenta ff. de qvæst. &c. Hartz. concluſ. 5. num 4. & ſeqq. p. 163. ſeqq.*

QVAEST. VIII.

Ob man den jenigen / ſo die Gefangenen ſprechen wollen / ſolches wehren ſolle?

Reſp. *Seiffertus l. de qvæſt. 18. num. 9.* ſagt / man ſol ihnen ſolches nicht wehren / beſiehe die Peinlichen Halßgerichts Ordnung / Art. 4. Communiter v. judices, prout experientia docet, Reos criminis in carceribus abditis & ſecretis detinent, nec acceſſum aliqvem ad illos permittunt, ne ab aliqvo inſtruantur ad occultandum delictum. *Dn. Hartz. Tractat. criminal. de venefic. inqviſit. concluſ. 5, num. 11. p. 171.*

QVAEST. IX.

An deceat captivis ante torturam crines in toto corpore detonderi, vel flamma ardente comburi?

Reſp. Die Abſcheerung der Haar iſt ein Ungewiß Mittel / die Hexen zu probiren / welche ſchuldig ſein / da man fürgibt / das wan dieſelbe Abſcheerung überall am Leib geſchehe / ſo ſollen alsdan dieſelbe bald in der Tortur bekennen / dann in den Haaren ſtecke entweder der Teuffel oder ſonſten ein Zauberſtücklein / welches / wann es darinnen bleibe ſo ſollen ſie nichts bekennen / auch keinen Schmertzen im Foltern empfinden: Wann es aber weg ſey / ſo ſollen ſie alsdann bald bekennen. Iſt aber wie geſagt ein ungewiß Mittel / auch nicht bey allen nötig / und wil der Teuffel darmit der Hiſtori Simſons ſpotten. Iſt auch ſchändlich / zumahln wans mit Entblößung des Orts geſchichet / den die Zucht und Schamhafftigkeit zugedeckt haben wil.

Legatur Tractatus: *cautio criminalis qvæſt. 31. p. 116.* Ubi inter alia, qvæ pro negativa ponuntur argumenta, §. 5. ait, hanc detonſionem vel combuſtionem eſſe fruſtraneam, nihil n. tale qvid, qvod in crinibus qvæſitum fuit, unqvam inventum fuiſſe, allegatq; interpres illius verba ſatis emphatica & Zelo plena Anton. Prætorii, qvæ habet: im gründlichen Berichte von der Zauberey *cap. 11. fol. 122.* qvæ & nos, uti in vernacula noſtra habent, huc referre operæ precium duximus, ita vero habent: O des armen Teuffels / der ſich mit ſo kleiner Liechts-Flamm und Rauch verjagen läſſet / das doch ein Kind ausblaſen könte; vieleicht thuts

thuts aber das Liecht nicht / ſondern ein ſtärckerer Teuffel / den die Hencker bey ſich haben / und wie / wann er inwendig im Bauch ſäſſe / dahin ſcheren / Liecht / Flamm und Dampff nicht kömt? O des abergläubiſchen ſchändlichen Wercks! und wie ſol ichs nennen? Göttlich iſts nicht / Engliſch iſts nicht / Chriſtlich iſts nicht / Judiſch / Heydniſch / Türckiſch iſts nicht / Viehiſch iſts nicht / denn nur das die Hencker in alle Löcher riechen / wie die Hunde / und andern nachgucken wie die Affen. So iſts gewiß Teuffliſch / ja Teuffliſch und nicht Menſchlich iſts: Es iſt überaus groſſe und ſchändliche Zauberey confer. Seifferti Gewiſſens-Buch von Proceſſen wie der die Hexen / *qvæſt. 31. p. 104. & qveſt. 51. n. 19. & ſeqq. p. 184. M. VValdſchmidt Python. Endor. p. 341. M. Dunte Caſ. conſc. de Leg. p. 303.*

QVAEST. X.

Ob das Bild oder Kindlein in den Augen / wann es bey einer mangele / ein Kenn-Zeichen ſey / das ſie eine Hexe ſey?

Reſp. Dieſes iſt auch ein Falſches Zeichen / woraus nicht gewiß kan erkennet werden / das eine darumb eine Hex ſeyn müſſe / wann ſie ſolch Bildlein in den Augen nicht hat / dann es iſt ſolcher Mangel bey manchem ein vitium Naturæ / ein ſolcher Mangel / den die Natur verurſachet / durch die ungleiche vermiſchung der Humorn und Feuchtigkeit des Aug-Apffels / dadurch er alſo verderbt wird / das der Wiederſchein und das Bildlein darinnen nicht kan erkant werden. So hats auch die Erfahrung gegeben / das auch wol die / ſo doch warhafftig Hexen geweſen / ſolch Bild in ihren Augen gehabt haben. *M. VValdſchmidt d. l. p. 342.*

QVAEST. XI.

Ob die unterlaſſung oder zurückhaltung des Weinens und der Thränen auff der Tortur / ein Zeichen ſey / das eine gewiß eine Hexe ſey?

Reſp. Diß iſt ein Ungewiſſes Mittel und Zeichen woraus unfehlbahr und allein gar nicht kan geſchloſſen werden / das eine eine Hex muſte ſein / die keine Thränen weinete / dann der mangel derſelben findet ſich auch wol bey andern / da mancher Menſch von Natur keine Thränen vergeuſt / oder auch wol wegen hartnäckichkeit. Man erfähret offt an

böſen

bösen Buben / wann man sie gleich biß auffs Blut streicht / machen sie doch kein Auge naß. Pumiceos oculos habeo, non qveo lacrymam excitare, ut expuant unam modo, ait ille apud Plautum, *in Pseud. Act. 1. Scen. 1. v. 73. seqq.* Bißweilen ist auch das Creutz der Schmertz und die Traurigkeit so groß das er dafür nicht weinen kan / wie bey dem Pflammenito, bey welchem die Domestica mala majora lacrymis waren / sein Hauß-Plag und Leyden übertraff an der grösse alle seine Thränen. *D. König. Cas. Miscell. p. 51. & 57. M. VValdschmidt d. l. p. 342.*

QVAEST. XII.

Qvi fiat, qvod veneficæ in manu judicis constitutæ, & adhuc sub impietate sua comprehensæ, lacrymas emittere neqveant; conversæ verò & in meliorem viam deductæ, statim lacrymas profundant largissimè?

Resp. Forsitan contingit id *ex singulari Numinis dispositione*, ut cohibeat lacrymas in illis, ne ante actam pœnitentiam, fœdissimi criminis pertinaciam, nullis lacrymis expiandam, dissimulent. Veræ n. lacrymæ ex intimo corde profectæ, pœnitentiæ signa sunt, non veneficii, *per argumentum cap. Lacrymæ D. 1. de pœnit. Ita D. G. König. in heptad. Casuum consc. miscell. cas. 2. p. m. 57. M. VValdschmidt d. l. p. 343.*

Causa esse potest 1. pertinacia & contumacia. 2. stupor vehementissimus. 3. Torpor membrorum. *D. Jac. Martin. de Magic. action. Auctar. 1.*

QVAEST. XIII.

Was von der Wasser-Prob zu halten / ob dasselbe experimentum gut / und ob daraus von der verdächtigen Personen Schuld / oder Vnschuld zu urtheilen.

Resp. 1. Ob gleich der Eventus darauff erfolgete / das die schuldigen im Wasser empor schwebeten / die Vnschuldigen zu Boden giengen / so ists doch mit dem experimento nicht gethan / denn dieses hat keine Vrsach in der Natur / ja ist derselben Lauff stracks zuwider / Denn die Naturkündiger sagen: Omne grave tendit deorsum, was schwer ist / das sincket unter. Darumb ist dieses / das der Leib des Menschen / der schwer ist / oben auff dem Wasser schwimmen sol / wann er gebunden / und weder Hände noch

Füſſe regen und bewegen kan / der Natur zu wieder. II. So muß demnach dieſes / aus einen andern principio herrühren / entweder **von GOTT** / als in den Evangeliſchen Wunderwercken / da Chriſtus / und Petrus auff dem Waſſer gewandelt / und nicht zu Boden gegangen: oder **vom Satan** / welchem / da es ihm GOtt verhenget / nicht ſchwer iſt / einen Menſchen / er ſey der Zauberey ſchuldig oder nicht / empor zu halten. **Nun kan man aber ſolch Werck GOtte nicht zu ſchreiben** / denn davon findet man nirgend in der Schrifft gebot / Verheiſſung / oder Exempel / das GOtt bey erkundigung der Zauberey extraordinariè ſolch Wunderwerck thun wolle. E. **rühret es vom Satan her** / der es / per mittente DEO, leicht machen kan / das er eine / die warhafftig eine Hex iſt / unter das Waſſer ziehen / und die / die keine / ſondern unſchuldig / oben auff dem Waſſer halten und tragen kan. III. Inſuper ipſâ experientia compertum eſt, qvàm *fallax* ſæpè fuerit aqvoſum ejusmodi indicium. Placet ex Dn. Hartzio unum duntaxat adducere, qvod præ aliis videtur notatu non eſſe indignum: Vir qvidam in Haſſia cum muliere vicina ad jurgia & concertationes privatas delabebatur, & victus libidine vindicandi, vicinam, de veneficio ex voce & fama communi jam antè decantatam, veneficam indigitabat. Illa hanc rem ægrè ferre, ad loci Magiſtratum provocare, eoq; cauſam deducere, ut diffamator judicio injuriam experiretur. Citatur, auditur, & poſtqvam illatam injuriam confeſſus eſſet, *proba aqva frigidæ*, hactenus in iſto judicio freqventata, & judicandô obſervata, ad qvam etiam ſubeundam ſemitipſum ſpontè offerabat, *ipſi decernitur*. Uxor a. ejus hactenus mariti præcipitantiam ægrè ferens, interfatur: **Es ſey gewöhnlicher / ein Weib / denn einen Kerl zu baden** / & ipſa ultro hanc probam in ſe recipit, conſentientibusq; judicibus eândem ſubit. Qvid fit, in aqvam qvidem projicitur, ſed *ſupernatat*, & tribus iſtis vicibus, qvibus tàm prona, qvam à tergo in aqvam projecta fuit, ſubmergi non potuit, qvapropter una cum adverſaria ſuâ, cujus fama jam pridem abundè erat contaminata, in carcerem compingitur: & poſtqvam hæc, intervenientibus aliis indiciis, convicta eſt, ad ignem condemnatur, altera verò non obſtante etiam hâc probâ, tanqvam innocens *abſolvitur & liberâ dimittitur*. Qvia ſpontama illa oblatio ſatis firmum videbatur innocentiæ præbere argumentum: Cum nemo tam vecors præſumatur, qvi, ſi eſſet nocens & ſibi veri delicti conſci-

us,

us, publice se prostituere, libertate privare, & tam anceps periculum velit sufferre, *Tract. criminal de venefic. inqvisit. conclus. 6. n. 30. p. 228. & seqq.*

IV. Qvædam etiam sagæ nocentes ab aqvæ submersione immunes sunt, videlicet eùm nondum DEO visum fuerit pœnas ab illis exigere, qvas ad certum tempus suo indicio reservat, uti & in aliis seculeribus hoc usu venire qvotidie experimur. Celebris ICtus Gödelmanus contrarium suis oculis se vidisse refert, nimirum verè reas submersas fuisse.

V. Wann einer der Zauberey berüchtiget / seine Unschuld also begehrte darzuthun / der würde GOtt versuchē und erzürnen / und hülffe nichts / das er sagte / er wolle seinen Glauben dadurch darthun / denn wo das Wort Gottes nicht ist / da hat der Glaube keinen grund.

VI. Und ob schon der finis gut / das einer dadurch gedächte Zauberey auff zu Kundschaffen und auszurotten / **So tauget doch das medium nicht /** und heist demnach hic: **Man muß nicht übels thun / auff das gutes draus komme /** Rom. 3. 8.

VII. Die Hexen im Wasser probiren, ist ein rechtes Heidnisches Werck / die ihre Kinder / ob sie Ehrlich oder Unehrlich wären / auch solcher gestalt im Wasser probirt, und viel unschuldig Blut erwürget haben / wie Aventinus meldet / und soll demnach **von einer jeden Christlichen Obrigkeit zum treulichsten vermieden werden.** In Africâ Libicam gentem liberos vix natos serpentibus proiicere, *& hoc pacto conjugum pudicitiam examinare*, referunt, cui simile est examen veneficarum qvas in aqvas alicubi in Germain conjiciiunt reasq; faciunt, qvotqvot supernatant, absolvunt verò, qvotqvot submerguntur. Utraq; hæc probatio sine dubio inventa est per eum, qvi est *homicida abinitio*, &c

VIII. Optaremus probationem istam per aqvam, propter suam ipsius conditionem, & tot Autorum eorumq; gravissimorum contradictionem, reprobatam penitus esse sublatam: Qvod si tamen illa alicubi etiamnum freqventetur, monendos ducimus *ejus loci Ecclesiastas*, ut consvetudinis illius pravitatem, qvalicet, & publicè & privatim ostendant, Magistratum secularem, hujusmodi consvetudine addictum, paulatim ab ea avocent, & pravum hunc morem in meliorem ordinem pro virili sua redigere allaborent. Qvod si nihil obtinuerint, prætendentibus allis vel inveteratam

veteratam temporis ſeriem: vel, qvòd ſicut in homicidio occulto, *ſangvis è cadavere, tangente homicidâ, erumpit, qvaſi cœlitùs poſcens ultionem*, ita DEUS præter naturæ ordinem voluerit ſecretæ immanitatis eſſe indicium, hanc ſuper aqvis fluctuationem; tanqvam aqva non velit admittere in ſinum ſuum, qvotqvot, excuſſâ ſalutari Baptiſmi aqvâ, ejus beneficio ultrò ſe orbârint, *ex lib. 3. Dæmonol. Regis Angliæ cap. 6. Pag. 125.* Illi a. in his & ſimilibus per conſcientiam acqvieſcere neqveant, proteſtentur eâ qva decet modeſtiâ, hoc neq; conſentientibus ſe, neq; approbantibus in effectum dari, ipſumq; porrò factum, qvod in gratiis eorum ſubſecuturum eſt, rationibus, à Magiſtratu olim Deo reddendis, æqva mente committant. *D. Hemming. D. Godelmann. & Marpurgenſes Theologi vol. 2, Conſil. Dedeken. p. 384. 444. 446. Conſil. VVitteberg. T. 3. p. 20. ſeqq. D. Forner. conc. 71. Juper exod. p. 445. D Schleupner Harmon. V. T. p. 227. D. Frantz Hiſtor. Animal. part. 4. cap. 1 p. m. 513. D. Gerhard. Centur. qvæſt. polit. P. 159. D. Konig. caſ. miſcell. p. 52. ſeq. & p. 58. D. Jacob. Martin. l. de theſ. 31. & 32. Dn Arnd. de Juperſtit. cap. 2. §. 38. M. Dunte C. C. de leg. p. 302. M. Eckhard. in Chriſt. relig. claſſ. 4. q. 17. p. 124. M. VValdſchmidt Python. Endor. p. 343. M. Eichsfeld. Orthod. caſual. p. 141. D. Friedlieb. Meduß. Theol. L. de Decal. præcept. 2. q. 17. Dn. Hartz. de Veneſ. inqviſit, conclus. 6. n. 23. p. 219.*

QVAEST. XIV.

Ob der mangel des vom Teuffel den Hexen und Zauberern eingedruckten Zeichens oder Mahls / ein Zeichen ſey / das eine keine Hexe ſey?

Reſp. Es iſt diß auch ein **ungewiſſes und falſches Zeichen** / weil der Teuffel ein ſolches ſtigma und Zeichen nicht allen pflegt einzudrücken / ſondern nur etlichen / nemblich denen / die er mercket / ſie werden ihm etwan in ſeinem Dienſt nicht beſtendig bleiben / ſondern treuloß werden / damit er in ſolchem Fall an ſeinem ihnen eingedruckten Zeichen und Mahl deſto mehr Vhrſach haben / ihnen härter zuzuſetzen und ſie zu ſtraffen. **Etlichen ſol er auch ſolch Zeichen wieder auslöſchen** / wann ſie gefangen ſind / **etlichen aber laſſen** / damit die Richter in dem Aberglauben geſtärcket werden / das bey ſolchem Zeichen die Hexen ohnfehlbahr ſollen erkant werden. Nec eadem eſt *forma ſigni*, Aliqvando n. eſt ſimile leporis veſtigio, aliqvando bufonis pedi, aliqvando aranææ vel catello, vel gliri: Nec idem eſt locus. Denn er pflegt ihnen ſolch Merckmahl zumachen / entweder an einer hin-

der hinter den Ohren / oder wo er sonsten wil / zwischen den Lefftzen / oder unter den Augenbranen oder auff der rechten Achsel / oder unter der Achsel / oder an der Brust / oder auff den Rücken / oder Hüfften / oder heimlichen Ortern / ꝛc. Dessen zugeschweigen / das der Teuffel hierinnen / als Gottes Affe / ihm nachfolgen / oder vielmehr seiner spotten wil / da er geordnet / **Das die Jsraeliten ihren erkauffte Knechten und Mägden / die sich anerbotten zubleiben / dessen zum Zeugnis mit einem Pfriemen ein Loch durch die Ohren boren solten / Deut. 15, 17.**

Nota: Si signum hoc stigmatis impressi Judex pro more recepto velit attendere, & acus punctione stupiditatem notare partis in corpore explorare, & sagas veras ex eo dignoscere, tum *Delrio* monet ut in hoc negotio debitam cautionem adhibeat, præsertim caveat, *ne stigmata acu pungat, strigibus id advertentibus*, alioqvi si adverterint, fore, ut fingant, se punctione isthac vehementer cruciari, cum verè nullum prorsus dolorem sentiant, qvâ elusione judex non possit non fieri ludus jocusq; populi. *D. Balduin. l. 3. C. C. cap. 5. cas. 6. p. 734 D Konig. Cas. miscell. p. 52. & 57. VValdschmidt Python. Endor. p. 72. & 345. Zeiller. Theatr. Tragic. Hist. 19. p. 726.*

Ita seiffertus im Gewissens-Buch von Processen gegen die Hexen / 43. Streit-Rede, *p. 142. & seqq.* Ohne Probation / ein Weibs-Bild ab infami scurra so entblössen lassen / ist mancher Personn ärger / als der Todt. Man sol dem Hencker / weiln er hiebey zu prosperiren, allein nicht trawen: Weil sie offtmahls selbsten Zauberer sein e ꝛc. Man sol auch dem Hencker wol auff die Finger sehen / ꝛc. Wol zusehen / das der Hencker / niemanden / dolose an seinem Fleisch mortificire: oder nur ein wenig mit der Suchnadel stupffe: oder sich nur stelle / als wann er gestupfft hette / ꝛc. Man sol die Stupffnadeln dem Hencker geben / und ihn besuchen / das er keine verzauberte / eigene im Gefängnis verborgene herfür-lange: oder in den Kleidern bey sich versteckt trage: auch das sie nicht mit Kunst bereitet sein / zu stechen / oder den Stachel zu bergen / ꝛc.

QVAEST. XV.

Ob die Anklag und das Angeben / wann eine Person von andern Hexen angegeben / und auff sie bekennet wird / ein unfehlbahres Zeichen und Beweiß sey / das sie warhafftig eine Hexe und der Zauberey schuldig sey.

Resp. Solch angeben ist nicht aller-

dings gewiß: Denn wie der Teuffel ein Lügner iſt/ Joh. 8. 44. und er auff ſeinen Werckzeugen wol liegen kan: Alſo ſehen ſie auch gern/ wann Vnſchuldige Leute mit ins ſpiel kommen/ können/ daher auch wol auff einen und dem andern liegen/ und ſie dadurch in ſolch Spiel mit bringen

Res perqvam ardua & periculoſa eſt, nudè & crudè in confeſſione vel depoſitione aliarum complicum velle acqviescere, *qvia facile hoc modo etiam primariis fœminis, iisqve innocentiſſimis, poteſt imponi* & parari incommodum præſentiſſimum: *Verum ſic moris eſt hodiè*, ut ſi â tribus vel qvatuor ſagis fiat confeſſio ſub tormentis, & qvidem ſeparatim, ut una neſciat, qvid altera dixerit, *eæqve conveniant de eodem facto, loco, & circumſtantiis delicti*, hoc pro ſufficiente habeatur indicio ad torturam accuſatæ. Et ita ſentit Aſſeſſor Cameræ imperialis *part. 1. T. 2. Votorum Cameræ imp. vot. 6. n. 50. & ſeqq. & maximè n. 65. circa finem. apud Bocerum Tr. de ſpecie Facti in Cauſa Torturæ p. 7. n. 4.* & prætenditur, *infamiam iſtarum complicum non obſtare*, qvâ indignæ judicantur, ut contra alias ferant teſtimonium, qvia hic intercedat *caſus neceſſitatis*, qvo ob magiæ delictum, qvod ex numero eorum ſit, qvæ clam committantur, etiam ſeſtes alias minus idonei poſſint recipi, *per l. 8. c. de Malef. & Mathem. & cap. 3. ult. extra de Teſt. cog.* Qvamvis tutior videatur eſſe via, ne qvid diſſimulem, ſi teſtes probatiores, contra qvorum fidem & integritatem nihil poſſit excipi, producantur: **Daß die Beweiſung geſchehe durch zween oder drey Zeugen/ die Gottfürchtig/ redlich und unpartheyiſch ſind; Wann die ausſagen und geſtehen/ das ſie es mit ihren Augen geſehen/ und können es mit ihrem Eid bekräfftigen/ wie dieſe oder jene Perſon mit Hexenwerck umbgangen und Schaden gethan/ und der Schad alsbald darauff erfolget ſey/ ſo gibt ſolch Gezeug der Oberkeit einen ſtarcken beweiß**/ inqvit D. Joh. Matthæus Meyfartus ex Samſonio, in ſeiner Chriſtlichen Erinnerung an gewaltige Regenten/ ꝛc. p. 179. confer Dn. Hartz. de inqviſit. venefic. concluſ. 2. num. 5. & ſeqq. p. 57.

Qvod ſi tamen complices attendendæ veniant, *ut 1. non tantum confeſſiones domeſticarum & vicinarum: ſed & exterarum*, qvæ alicubi extra noſtrum territorium captivæ detinentur, inqvirantur & expendantur. Qvæ ſi fuerint *inter ſe concordantes, præſertim in circumſtantiis maximè neceſſariis*, judi-

cis

